

Ten slotte biedt het nummer 175 een volledige lijst van al de zusters op het ogenblik van de opheffing in 1783, met haar naam, functie, geboorteplaats en datum, professiedatum, en haar verblijfplaats na de verspreiding. Er waren toentertijd 17 koorzusters en 5 lekezusters : de priorin en 5 zusters leefden samen te Aalst ¹⁰⁾, de suppriorin met 2 zusters te Gent, en 2 woonden er te Wichelen. De anderen waren verspreid, de meesten in de omgeving van Aalst en Brussel. De priorin was 71 jaar oud, de suppriorin 75. Overigens was er een normale leeftijdscurve tussen 26 en 76 jaar. Als functies worden vermeld, de « Vrouwe Prieuse », de « Vrouwe Supprieuse », de « cellaria », de « circatrix » en de « pharmacopola ». Deze zusters hadden allen haar plechtige professie afgelegd tussen haar 19de en 31ste jaar, 14 op de 22 echter vóór haar 23ste jaar. Bij 5 op de 22 zusters was de kloosternaam dezelfde gebleven als de doopnaam, twee hadden als kloosternaam haar tweede doopnaam.

Aldus bieden deze documenten, ook al dateren ze slechts uit de 17de en 18de eeuwen, toch een aanvulling van onze kennis over het klooster van Tussenbeke.

W.M. GRAUWEN, O. Praem.

**Epistola abbatis Strahoviensis, Lohelii,
de depositione abbatis Simonis Farkas,
abbatis Zabrdovicensis.**

Inter abbates Strahovienses varia ratione eminet Ioh. Lohelius (1549-1622). Curriculum vitae eius satis late describitur a L. GOOVAERTS, *Écrivains, Artistes et Savants de l'Ordre de Prémontré*, t. I, Bruxellis, 1899, pp. 523-531; et fusius a K. PICHERT, *Johannes Lohelius. Sein Leben und seine Tätigkeit im Prämonstratenserorden und als Erzbischof von Prag*, in *Anal. Praem.*, III, 1927, pp. 125-140; 264-283; 404-422 (cum ulteriori bibliographia ibidem). Scribit GOOVAERTS, l.c., p. 523 : « L'histoire nous relate que le commencement du XVII^e siècle fut (en Bohème) troublé et ensanglanté par d'épouvantables révoltes et que des insurrections horribles semèrent partout les ruines et la désolation ... Au nombre des personnages qui vécurent ... (alors) dans le royaume de Bohème, est Jean Lohel ou Lohelius. Il fut un exemple

¹⁰⁾ Volgens een eerste lijst waren er zes zusters bij de priorin te Aalst, volgens een tweede lijst (in hetzelfde nr. 175), gerangschikt per gemeente, slechts vijf.

des mystérieux appels de la Providence, il fut un modèle de correspondance à la grâce». Et K. PICHERT, *l.c.*, p. 124, hoc summarium expositioni suae praemittit: «Inter praestantiores viros, qui in secunda medietate saeculi XVI opus restorationis catholicae in Bohemia promoverunt, eminet sane Johannes Lohelius. Temporibus illis turbatis desolatoque Ordine nostro, surrexit ille ex statu humili stabularii ad dignitatem abbatialem et episcopalem perveniens».

Paucis curriculum vitae Lohelii describimus, expositionem assumendo A. ZAK, *Episcopatus Ordinis Praemonstratensis*, V, 1929, p. 47: «Johannes Lohelius, natus Egrae 1549, ab a. 1564 servitor, dein scholaris, 1573 novitius, 1575 professus Teplensis, ordinatus 1576, 1578 prior Strahoviensis, 1583 rector conventus Teplensis, 1586 abbas Strahoviensis et 1589 simul Siloënsis, visitator et reformator Ordinis Praemonstratensis per Bohemiam, Moraviam, Silesiam, Poloniam, Hungariam, etc.; 3 aug. 1603 simul episcopus titularis Sebastensis, suffraganeus et auxiliaris archiepiscopi Pragensis, die 18 sept. 1612 princeps-archiepiscopus Praegae factus, legatus natus, metropolita et primus Bohemiae primas ... Obiit 2 nov. 1622, Praegae, a. aet. 73, sepultusque est in ecclesia Strahoviensi, ubi mausoleum habuit. Memoriam reliquit sanctitatis et passim nominatur venerabilis».

Lohelius ab abbate generali Despruets assumptus est in eius Vicarium in Circariis Bohemiae, Hungariae, Moraviae, Poloniae et Austriae. Documentum vi cuius vicariatus iste ipsi Lohelio committitur editum fuit in *Anal. Praem.*, I, 1925, p. 267 s.; et XXXIII, 1957, p. 83 s. Ratio secundum quam Lohelius hoc munere functus est potissimum in visitationibus peragendis consistebat. Ita opus generale reformationis ab abbate generali Despruets initum et valide promotum ex sua parte omnimode fovit. Fuse de his visitationibus scribit K. PICHERT, *l.c.*, pp. 268-281.

In decursu harum visitationum etiam advenit Lohelius in monasterio Zabrdovicensi (seu Obrowitz) in hodierna dioecesi Brunensi). De iis quae egit et ordinabit idem Lohelius haec scribit PICHERT, *l.c.*, p. 278 s.: «In Obrowitz wurde i. J. 1597 Simon Farkas zum Abte gewählt. Lohel machte wegen der Jugend des Gewählten anfangs Schwierigkeiten, doch auf anhaltendes Bitten des Konventes bestätigte er schliesslich die Wahl. Dem neuen Abte legte er es ernstlich aus Herz, auf alle mögliche Art und Weise zu streben, die in seinem Kloster tiefgesunkene Ordenszucht zu erneuern. Er stellte ihm als Mitarbeiter den Prior von Strahov, Johann Schiessler, und den Subdiakon Matthias zur Seite. Als Schiessler wieder nach Strahov zurück berufen

wurde, ernannte er den Professen von Hradisch, Georg Leodegar, zu dessen Nachfolger.

Was Lohel bei der Wahl befürchtete, wurde bald zur Wirklichkeit. Der Abt kümmerte sich wenig um die Ordensdisziplin, ja, seine Ungebundenheit erreichte einen so hohen Grad, dass sich der Generalvikar gezwungen sah, ihn absusetzen. Sein Nachfolger wurde Benedikt Waltenberger, ein Liebling Lohels. Er stammte von protestantischer Eltern aus, wurde katholisch und trat in das Kloster Strahov ein, in dem er unter der Leitung Lohels zu einem frommen und tüchtigen Ordensmann heranwuchs. Obwohl noch sehr jung, rechtfertigte er das vertrauen, dass sein Gönner auf ihn gesetzt hatte, in glänzender Weise und leitete vom Jahre 1619-1645 musterhaft das herabgekommen Kloster und führte es zu neuer Blüte».

Cum Lohelius ab abbate generali Despruets in suum Vicarium Generalem in regionibus supra indicatis constitueretur, explicitis verbis edicitur Lohelio deinceps ius competere « confirmandi abbates electos, praepositos et abbatissas et praepositas, priores et priorissas aut alio quocumque nomine censeantur; et deponendi cum consilio prudentum deponendos et alios subrogandi in eorum locum ».

Uti supra diximus, hoc iure usus est Lohelius in depositione abbatis Farkas, abbatis Zabrdovicensis, currente anno 1618.

Epistola ipsius Lohelii, qua decisio ista authentice confirmatur, asservatur in archivo abbatae Plagensis (Schachtel 103).

Alia manu in involucro ipsius documenti notatur: Lohelius Abbas Strahoviensis deposuit Simonem Abbatem Zabrdovicensem et declarat ipsum depositum, ac protestatur contra omnia in contrarium agenda.

Epistola ipsa, depositionem rationesque huius continens ac indicans, ita sonat:

« Protestatio Em. Domini Visitatoris contra ea quae in Monasterio Obrwitzensi male acta sunt postea.

Rmus Dnus Visitator qui Simonem Farkas iustis et gravibus de causis secundum Ordinis praescripta et potestatem sibi datam post decennales et amplius frustra adhibitas et paternas admonitiones accedente Venerabilis etiam Conventus Zabrdoviensis assensu ab omni officio et munere Abbatiali deiectum declaravit. Licet in praesenti, non carcere, cui Statutorum vigore includendus erat, sed cubiculo quo hactenus benigne custoditur illum laxet, protestatur tamen sollemniori quo potest modo et forma, coram Deo, Beatissima V. Maria,

omnibus Angelis et Sanctis Dei, coram toto hoc Venerabili Conventu et caeteris praesentibus :

Primo Se hoc ipso illum in priorem casum nequaquam restituere, nec unquam pro restituto agniturum ; sed sententiam qua illum depositum pronunciavit, ratam constanter habiturum.

Secundo. Protestatur secundo. Se electionem legitimam et veram, canonico more institutam Reli. et Venerabilis Patris Domini Benedicti Waltenberger in Abbatem Monasterii Zabrd. nullo modo vel parte retractare, sed illud velut legitime electum et a se approbatum, ac, quod secundum Ordinis formam, licuit confirmavit Abbatem Zabrd. etiamnum et porro agniturum.

Tertio. Protestatur ut si quid ab aliis aliter statutum fuerit quomodocumque aut qualitercumque, quocumque praetextu aut quacumque parte, quod illud futuris temporibus Ordinis nostri Privilegiis et immunitatibus nullo modo praeiudicare possit vel debeat.

Quarto. Demum protestatur coram Iudice vivorum et mortuorum, omnibus Angelis et hominibus, si quid aliter actum fuerit et inde scandala, aut monasterio huic incommoda, aut quodcumque quo Divina Maiestas offendatur, vel nunc vel futuris temporibus exortum, vel exorta fuerint, sibi causam illius nullo modo imputandam, ut si qui officio suo non satisfecerit. Cuius ut testimonium supererit, praesentes manu sua subscripsit.

Joannes Lohelius

Ep. Suffrag. Pragen. et Abbas.

J. B. VALVEKENS, O. Praem.

**A propos d'Arnold de Leefdael,
administrateur d'Averbode
depuis 1578 à 1586.**

Un roman historique, qui pourrait en douter, n'est pas œuvre d'histoire. On ne peut exiger de l'auteur du premier toute la rigueur imposée à celui du second. Néanmoins, comme on l'a rappelé récemment, celui qui veut qualifier son roman d'historique, doit respecter la vérité des faits établis. *Poetis multum licet...* mais non de tromper le lecteur.